CURRENDA IV.

A. D. 1876.

Nr. 72 & 89 praes.

Gaudium Sanct. Patris Pii IX. de fructibus anni Jubilaei in Dioecesi Nostra collectis.

Ab Illustrissimo ac Rmo Ludovico Jaccobini Archieppo Thessalonicensi et Nuntio Apostolico Viennae accepimus litteras, quas ab Eminentissimo Domino Cardinali Antonelli, Suae Sanctitatis a Secretis Status, de anno Jubilaei in Dioecesi Nostra celebrato ejusque fructibus retulit, quarum tenorem Venerabili Clero communicamus: „Fructus copiosi, quos „annus jubilaris in dioecesi Tarnoviensi tulit, studium et industria quibus clerus in hac „solemnitate movebatur, animum Sanctissimi Patris dulci consolatione et magno gaudio „affecerunt. Quamobrem Sanctitas Sua gratias agit Deo Altissimo pro tam insignibus donis „coelestibus et divinam misericordiam implorans, ut fideles dioecesis Tarnoviensis in bonis „suis propositis confirmare velit, ipsis Apostolicam benedictionem omni cum effusione paterni „sui cordis impertit; maxime vero benedicit egregio pastori illius dioecesis, qui verbis et „exemplo impulsum dedit gregi suo et causa fuit praecipue eorum operum salutarium."

Interim cum Dominatione Vestra Illma ac Rma haec Sanctitatis Suae comunicanda duxi sensa, quae Sanctissimus Pater Ipsi probabiliter propriis litteris manifestabit.

Dum mea quoque ex parte Dominationi Vestrae Illmae ac Rmae debitas laudes et gratiarum actiones rependo pro indefesso studio et magna cura, quam in promovendam et tuendam Religionis et Sanctae Sedis causam impendit, cum sensibus peculiaris observantiae et intimae venerationis permaneo.

Dominationis Vestrae Ilmae ac Rmae Viennae die 25. Februarii 1876.

HUMILLMUS, ADDMUS SERVUS
LUDOVICUS,
Archiepiscopus Thessalonicensis,
Nuntius Apostolicus.

Anuntiata epistola Sanctissimi Patris Pii IX. advenit modo, cujus tenorem Venerabili Clero cum gaudio pandimus:

Pius PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Nihil certe jucundius,

epistola tua, Venerabilis Frater, obvenire poterat Nobis, qui vires curasque omnes eo intendimus, ut Ecclesia, jam diu signum facta, cui contradicatur, se praebeat ubique non modo firmam, sed et florentem et humanae societati apprime salutarem. Atqui haec evidenter effulgent ex emolumentis, quae parta describis in ampla dioecesi tua, sacri jubilaei occasione, a Cleri operositate. Verbum enim Dei cupide et obsequenter passim exceptum, expetitaque sacramenta diu antea neglecta, et per haec illicitae consuetudines in matrimonia versae, extincta odia, ablata reddita, reperata illata damna, reformati mores, excitata fides, pietas succensa; totidem profecto sunt argumenta clarissima divini vigoris Ecclesiae, ac simul ejusmodi, quae osoribus ejus, quantumvis caecutire velint, ostendat, nihil ad regendam rem publicam opportunius et efficacius esse posse libera ejus actione. Quae namque lex, quae diligentia, quod securitatis tribunal populum sic continere potest ac refringere, ut abigantur illico mala, praevertantur crimina, patrata emendentur, concilientur dissidentes animi, omnia revocantur ad ordinem? Quicunque igitur mentis sit compos, non modo impium censere cogetur, sed et prorsus insanum eam odisse religionem, unde tot bona procedunt, et eos insectari sacrorum ministros, quorum opera illius beneficia explicantur. Haec certe multo pretiosiorem Nobis fecerunt populi tui stipem, quam ceteroquin et amor et spontaneitas et ipsa offerentium inopia nobilissimam faciunt. Gratissimum ei significa animum Nostrum, ipsique gratulare, sicuti Nos gratulamur tibi et clero tuo, quod terra ista tam bene responderit laboribus vestris tantumque vitae fructum protulerit, et adeo splendidam et ineluctabilem apologiam facto suo objecerit Ecclesiae hostibus. Augeat Dominus incrementa frugum justitiae vestrae; et interim favoris ejus vobis sit auspex Apostolica Benedictio, quam praecipuae Nostrae benevolentiae testem tibi, Venerabilis Frater universaeque Dioecesi tuae peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 28. Februarii 1876. Pontificatus Nostri Anno Tricesimo.

Pius PP. IX. m. p.

A Praesidio Episcopali,
Tarnoviae die 13. Martii 1876.

Nr. 88 pr.

Monita ad Confessarios et Praedicatores verbi divini.

Volventes S. Scripturae paginas imprimis vero recordantes verborum S. Pauli Apostoli (*1. Cor. 4.*). . . . *„Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei“* . . . . omnem sollicitudinem Nostram vertimus ad quosdam speciales casus, qui utinam nunquam accidissent — quorum sequelae tristissimae et fructus amarissimi. Casibus his deplorabilibus ac detestabilibus permoti ac de salute Vestra, Venerabiles Fratres, solliciti — tamquam rationem de Vobis et de gregibus Vestris coram Supremo Pastore animarum Jesu Christo reddituri, coacti sumus ingruente modo sacro tempore Confessionis Paschalis sequentia monita praeprimis ad cor Vestrum ponere:

a) Ad Confessarios:

1) Imprimis monentur serio omnes et singuli Confessarii, ut valde caste et valde caute interrogent circa peccata Carnis non solum, quando virgines habent confitentes, sed etiam quando *conjugatos* aut quoscunque coelibes.
2) Ad Confessionem non necessaria, non misceantur in Confessione.
3) Complicum nomina Confessarius *non inquirat*, uti nec ipsorum poenitentium, sed recte horum status, dum ignoti accedant, exquiratur, ut circa ea, quae cujuscunque propria sunt, v. g. parentum, filiorum, superiorum, sacerdotum, conjugum, coelibum, Patrum familias, famulantium, mercatorum, opificum et s. p. peccata prudenter et discrete examinari queant.
4) Interdicimus etiam prolixiora colloquia in Confessione feminarum, ut et invitationes earum ad *nimis frequenter sibi* confitendum — potius adlaborandum, ut serio vitam emendent.
5) Non inducant poenitentem ad *sibi soli* confitendum, imo etiam volenti promittere vel vovere prohibeant — sed potius curent, ut omnis tollatur contentio, qua quis dicat ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae.
6) Confessarii caveant, ne familiares sint feminis sibi confitentibus, imo eo ipso, quod eas audiunt in Confessione, sciant, se ab earum familiaritate debere abstinere.
7) Caveant etiam Confessarii, ne quae *temporalia sibi*, vel *suis*, occasione Confessionis a Poenitentibus accipiant, neque convenit, ut ipsorum temporalibus bonis administrandis se immisceant.
8) Memores sint Confessarii, quae Theologia Moralis ac Pastoralis de Confessione Generali (z całego życia) edocent. Recogitent *a)* quibus ejusmodi Confessio sit summe necessaria *b)* quibus utilis etc. *c)* quibus nociva? Caveant ab exquirendo nomine complicis peccati. Sint sancti et immaculati in sermonibus circa Sextum. — Pervolvant paginas Theologiae Pastoralis loquentes de *fractione sigilli* Sacramentalis et de sequelis poenis et s. p. in laesores sigilli hujus statutis.

b) ad Praedicatores verbi divini.

1) Imprimis ea doceant praecipue, quae omnibus ad salutem scitu sunt necessaria.
2) Explicationi Evangelii, Symboli fidei, Orationis Dominicae, Salutationis angelicae, Praeceptorum Decalogi, Sacramentorum, Ecclesiae SS. rituum serio incumbant.
3) Frequentationem doctrinae christianae i. e. Catechesis, Festorum et Ecclesiae praeceptorum observantiam, Sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae necessitatem ac fructus saluberrimos saepe saepius inculcent.
4) Officia omnium Aetatum et Ordinum, utpote: Patris ac Matris, filii, mariti et uxoris, domini et servi, magistratus et privati non raro sed circumspecte et prudenter demonstrent.
5) Corruptelas in populo frequentiores reprehendant sed — caveant: ne quem *nominatim*

insectentur *aut* quocunque modo *designent* — et omnis cordis amaritudo procul a praedicatore verbi divini absit.

6) Expresse doceant: Superioribus omnibus tam ecclesiasticis quam saecularibus reverentiam et obedientiam deberi.

7) Ubi rudis plerumque plebs, — difficiliores ac subtiliores quaestiones, quae non aedificant — non tractentur.

8) Populum serio moneant, ut proprias suas Parochias, saltem diebus Dominicis et Festivis accedant.

9) Fucum orationis, poëticam locutionem ac verba peregrina non sectentur.

10) Sacra Scriptura utantur secundum Editionem Vulgatam (versio Jac. Wujek ab Ecclesia approbata.)

11) In hoc toti sint, ut fideles suos ad exercitium verae contritionis et theologicarum virtutum Fidei, Spei et Charitatis sine intermissione excitent.

12) Ne porro, cum aliis praedicaverint, ipsi reprobi efficiantur, tantam in privatis colloquiis, victu, habitu ac vita quotidiana gravitatem, modestiam ac morum honestatem prae se ferant, ut, quod verbis aedificant, exemplis confirment, sicque aliquando uberes laborum suorum fructus colligere mereantur, „Non, ut confundam vos, haec scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia poedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres, Nam in Christo Jesu „per Evangelium ego vos genui.“ (1. Cor. 4.)

A Praesidio Episcopali
Tarnoviae die 10. Martii 1876.

L. 920.

Nabożeństwo żałobne za JEgo Ces. Mość, ś. p. Cesarza Franciszka I. na dniu 2. Marca ma się odprawiać w kościele pałacowym we Wiedniu.

Odnośnie do rozporządzenia c. k. Prezydyum Namiestnictwa Lwowskiego, z dnia 9. Listopada 1875 L. 8198 względem odprawiania nabożeństwa za dusze ś. p. Cesarza Franciszka I. ogłoszonego Wielebnemu Duchowieństwu pod dniem 20. Listopada 1875. L. 4316. w Kurendzie XIX. z r. 1875. otrzymał Biskupi Konzystorz najnowsze rozporządzenie, które do wiadomości Wielebnemu Duchowieństwu dosłownie udzielamy:

„Abschrift des Erlasses Sr. Excellenz des Hr. Ministers des Innern vom 21. Februar 1876. Z. M. J./686 an das Präsidium der k. k. Statthalterei in Lemberg.

Auf Allerhöchste Anordnung werden heuer die Sterbgedächtniss - Andachten für Weiland Seine Majestät Kaiser Franz I. am Mittwoch den 1. und Donnerstag den 2. März in der Hofburg - Pfarrkirche abgehalten werden.

Ich beehre mich das Präsidium hievon in Folge einer Mittheilung des k. k. Oberst-hofmeisteramtes vom 20. dieses Monats Z. 886. zur weiteren gefälligen Veranlassung in die Kenntniss zu setzen.

Wien, 21. Februar 1876.

der k. k. Minister des Innern

Lasser m. p.

L. 1523/pr.

Przewielebnemu Konzystorzowi biskupiemu obrządku łacińskiego w Tarnowie do wiadomości.

We Lwowie, dnia 25. Lutego 1876.

Za c. k. Namiestnika

Bartmański.

Z Biskupiego Konzystorza,
w Tarnowie dnia 3. Marca 1876.

L. 1102.

Odszukanie w metrykach, śmierci i pogrzebu Andrzeja Koźnia.

Przewielebny JKs. Walenty Danek Konsyliarz Biskupiego Konzystorza, Dziekan i Pro-boszcz w Wiśniczu, z powodów religijno-moralnych, uprasza o ogłoszenie w kurendzie diecezalnéj następującéj odezwy: „Przewielebne Urzędy parafialne raczą odszukać sepultu-„ry Andrzeja Koźnia i przesłać takową za wynagrodzeniem na ręce urzędu parafialnego „w Nowym Wiśniczu. Był on niegdyś kucharzem w Woli przemykowskiéj, potém w Se-„minaryum duchownèm krakowskiém, nareszcie żebrakiem i włóczęgą, i miał umrzeć „w wieku około łat 52 przed kilku laty.“

Przewielebni Rządcy parafij raczą aktu śmierci Andrzeja Koźnia w metrykach po-szukać, a wrazie wynalezienia Biskupiemu Konzystorzowi o tém donieść.

Z Biskupiego Konzystorza,
w Tarnowie dnia 9. Marca 1876.

L. 57 prez.

Polecenie dzieła X. Laforeta, Dra Teologii, pod tytułem: „Dogmaty katolickie.“

Najobfitszém źródłem niedowiarstwa jest obcowanie ze złymi ludźmi, i czytanie złych i przewrotnych książek, zła książka obala często w jednéj godzinie to, nad czem długie lata pracowały. Zła książka najszkodliwiéj oddziaływa na serce człowieka, napisana stylem

żywym, kwiecistym, hołdująca jednak bezbożności, równa się kielichowi wieńcem róż okolonemu, lecz napełnionemu jadem żmii. Ten jad niestety rozlewa się w czasach dzisiejszych na wszystkie strony, to téż duch niedowiarstwa szerzy się z przerażającą szybkością, i coraz więcéj przenika wszystkie warstwy społeczeństwa. Konieczną jest rzeczą stawić mu silną zaporę, a tą zaporą jest czytanie dobrych książek, w nich bowiem znajduje dusza pokarm, smak i ciepło, aby mogła żyć, działać bezpiecznie, z ochotą i wytrwale aż do końca.

Do takich dobrych a gruntownych książek zalecamy śmiało i z największą przyjemnością dzieło X. N. P. Laforeta, Dr. ś. Teologii, b. Profesora Filozofii i Rektora Uniwersytetu Lowańskiego. Tytuł tego dzieła jest: Dogmaty katolickie.

Szanowny autor podając pobudki, które go skłoniły do napisania rzeczonego dzieła, pisze między innemi w swéj przedmowie: „Między wiernymi wyznawcami katolicyzmu jest również wielu takich, którzy nie mają o nim dokładnego pojęcia. I w tém właśnie leży źródło wielu nieszczęść. Dzisiaj, kiedy świat stał się widownią tylu błędów, tylu niedorzeczności, tylu sprzeczności, dzisiaj, kiedy idee ścierają się w rozmaity sposób, kiedy wszystkie doktryny na siebie uderzają i bezustannie się zbijają, jakież niebezpieczeństwo grozi każdemu Chrześcianinowi, który ma tylko powierzchowną i niezupełną znajomość religii! Ileż to ludzi w naszych czasach straciło wiarę, albo ją wprawdzie przechowuje, ale bojaźliwą, chwiejną, że tak powiem przestraszoną, ponieważ nie rozumieją dobrze symbolu katolickiego, a może nigdy nie zwracali uwagi na jego zachwycającą piękność i boską harmonią.“

Dla tych szczególniéj ta książka jest przeznaczona. Może ona bowiem wzmocnić ich przekonanie, przedstawiając z jednéj strony gruntowność i piękność naszéj wiary, a z drugiéj jednocześnie ukazując słabość tych hałaśliwych zarzutów, których odgłos może nieraz zaniepokoić ich dusze. Ta książka wreszcie nie jest tylko napisana wyłącznie dla téj klasy czytelników, może ona służyć i dla wszystkich umysłów poważnych, które pragną poznać to, co jest najpożyteczniejszém w życiu człowieka.

I w istocie dzieło księdza Laforeta, którego przekładu na język polski dokonał X. Ołdakowski w Płocku służy zamierzonemu celowi przewybornie. Czytanie tego dzieła nie męczy umysłu jak inne tego rodzaju dzieła, rzecz przedstawiona jest w formie nader przystępnéj. Autor opiera swe dowody na objawieniu i rozumie. Najprzód przedstawia dogmat sformułowany i określony przez Kościół jak najprzystępniéj, i właśnie ta prostota i przystępność rozprasza już sama bardzo często mnóstwo przesądów, które mają swą podstawę w fałszywém pojęciu nauki katolickiéj. Określiwszy i wyłożywszy w krótkości dogmat dowodzi autor jego prawdziwości, wykazując, że był objawiony od Boga, i że był zawsze jako taki, przedmiotem wiary w kościele Jezusa Chrystusa.

Następnie daje poznać czytelnikom główne błędy przeciwne temu dogmatowi, i zarzuty poważniejsze, jakich był przedmiotem. Zwraca szczególnie uwagę na błędy i zarzuty współczesne, jakie przeciwstawiają naszéj wierze najpoważniejsi i najuczeńsi nasi nieprzyjaciele. A w końcu wykazuje, że rozum i zdrowa filozofia zgadzają się z katolicyzmem,

gdyż nie mają żadnego interesu w obaleniu wiary katolickiéj, jak to mniemają nasi nieprzyjaciele.

Dlatego zalecamy Wam Wielebni bracia! gorąco rzeczone dzieło. Stykacie się często z ludźmi, którymby to dzieło wielce pożyteczném stać się mogło, gdyby je dostawszy do rąk przeczytali, dla młodzieży gimnazyalnéj itd. nie ma Parafii, w któréjby gorliwy dusz pasterz z tego dzieła użytku uczynić nie mógł.

Całe dzieło składa się z 4 tomów, kosztujących w drodze prenumeraty 9 a z kosztami przesyłki 10 złr. w. a. Księgarnia P. Krzyżanowskiego pośredniczy w nabyciu tego dzieła.

Z Biskupiego Konzystorza,

w Tarnowie dnia 16. Marca 1876.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Nr. 756. R. D. *Valentinus Jasica*, Cooperator in Zaborów, translatus in eadem qualitate ad Starawieś, et

„ „ R. D. *Eduardus Borawski*, Cooperator in Starawieś, translatus ad Królówka.

Nr. 759. R. D. *Michael Groń*, Cooperator in Królówka, applicatus est qua Cooperator ad Ecclesiam parochialem in Kamienica.

Nr. 894. R. D. *Valentinus Dziadkowiec*, Cooperator in Cięcina, translatus est in eadem qualitate ad Jeleśnia, et

„ „ R. D. *Thomas Ciszek*, Cooperator in Międzybrodzie, translatus est ad Cięcina.

„ „ R. D. *Stephanus Szlosarczyk*, Cooperator in Biskupice, translatus est ad Ecclesiam parochialem in Międzybrodzie.

„ „ R. D. *Andreas Kondelewicz*, Cooperator in Dobra, translatus est ad Biskupice.

„ „ R. D. *Ignatius Twardowski*, Cooperator Neofori, translatus est ad Ecclesiam parochialem in Uszew.

„ „ R. D. *Franciscus Białkowski*, Cooperator in Uszew, translatus est ad Neoforum

Nr. 924. R. D. *Adalbertus Konieczny*, Cooperator in Wieliczka, constitutus est administrator spiritualium in Bieżanów.

Nr. 1036. R. D. *Adalbertus Fiołek*, Cooperator in Spytkowice ad Zator, translatus est in eadem qualitate ad Wieliczka.

Nr. 1047. R. D. *Joannes Kwiatkowski*, Cooperator in Szczucin, translatus est in eadem qualitate ad Jazowsko.

„ „ R. D. *Adalbertus Szczurkowski*, Cooperator in Piwniczna, translatus est ad Dobra.

Nr. 1128. R. D. *Andreas Wojcieszek*, Cooperator in Olesno, constitutus est administrator spiritualium ibidem.

Nr. 972. A. R. D. *Andreas Klimczak*, Catecheta penes c. r. Gimnasium superius in Wadowice institutus die 3. Martii pro beneficio curato in Frydrychowice.

Nr. 1185. Clar. ac A. R. D. *Ignatius Maciejowski*, Dr. s. Theologiae ac administrator spiritualium in Frydrychowice obtinuit cathedram studii biblici novi foederis penes institutum theologicum dioecesanum.

Nr. 543. A. R. D. *Petrus Pietrzycki*, Catecheta penes c. r. Gimnasium inferius in Bochnia, translatus est ad Gimnasium superius in Wadowice.

A. R. D. *Mathias Wojnowski*, Parochus in Lisiagóra, condecoratus est Expositorio canonicali.

A. R. D. *Laurentius Rzeszódko*, Parochus in Inwałd, condecoratus est Expositorio canonicali.

Nr. 1210. R. *Josephus Ogonkiewicz*, Cooperator in Zassów, translatus in eadem qualitate ad Szczucin.

Nr. 1261. Plur. R. D. *Franciscus Swoboda*, Parochus in Sułkowice et Decanus Myślenicensis, praesentatus pro Biała.

Nr. 1262. A. R. D. *Stanislaus Chodacki*, Parochus in Gosprzydowa, praesentatus pro Radgoszcz.

Nr. 1289. R. D. *Solak Laurentius*, Cooperator in Myślenice, praesentatus pro Lubień.

Nr. 1263.

Agri plebanales absque licentia Loci Ordinarii neque ad unum annum exarrhendari possunt.

Existit lex dioecesana, vigore cujus prohibitum exstitit, ne ullus beneficiatus agros plebanales &c. exarrhendet, et si ad *unum* tantum annum — sine praevie ab ipso Illustrissimo ac Reverendissimo Loci Ordinario, ejusque Consistorio obtenta ad id licentia. Lex haec legitur in typo impressis Notificationibus Consistorii ex 29. Januarii 1835, sub Nr. 2819. ex 1834. Fuit illa lata et publicata ad tuendam omnem integritatem dotationum piarum, beneficiorum ecclesiasticorum contra quamcumque injuriationem earumdem. Lex haec oblivioni tradita esse videtur; quare praesentibus eam Clero dioecesano in memoriam revocamus, in casibus obvenientibus strictissime observandam.

Pl. R. D. Decani in conscientia severissime obstringuntur, ut accuratae observationi hujus legis invigilent, et si occasione annuae visitationis decanalis defectus deprehenderint, illos Consistorio indilate deferant.

Altera rem hanc attinens ordinatio habetur in typo impressis Notificationibus Consistorii ex 22. Julii 1835. sub Nr. 1750. tenor ejus est sequens:

Ad praecavendos illegales contractus exarrhendationis temporalium beneficii, confirmatio ejusmodi contractuum ab Ordinariatu desideratur, et in fundamento altissimi rescripti de 29. Maji 1835. emanati ab Exc. c. r. Gubernio sub 5. Julii 1835., Nr. 38,783, confirmatio haec ceu conditio, sine qua non, sistitur, a qua unice valor contractus initi dependebit.

Haec Ven. Clero dioecesano in nexu ordinationis Consistorialis, in typo impressis Notificationibus Consistorii de 29. Januarii 1835. Nr. 2819 ex 1834 pro notitia et in casibus obvenientibus strictissima observatione notificantur.

Tarnoviae die 23. Martii 1876.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 27. Martii 1876.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

EPISCOPUS TARNOVIENSIS.

Tarnoviae 1876. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.